abſalone .ij. Regum .xvj. occiſus eſt a ſalomone .iij. Regum .ij. Sicb unnt maledicentes abimelech. fuerũt ab ipſo interfecti. Judicũ .ix.

De matrimonio

	Juris equalitatem.
	In agẽdis aſſentialitatem
	Unius carniſ pluralitatem.
Matrimonio iũcti debent babere	Diuerſi ritus idemptitatem
	Prolis tenere cauſalitatẽ
	Honore ſummi dignitatez
	Scire fugere carnalitatem.

Atrimonio iuncti dbent vir τ vxor inter ſe babere equalitatẽ Debet enim vxor viro ſuo eſſe ſocia. non domina vel ancilla. Ad quod ſignandũ dominus euam fecit de coſta viri que eſt in medio. non in capite vel in pede Geneſis .ij. Quilibet tamen coniugum licet equales ſint debet alteri obedire τ reuereri. Nam ſara obediebat abrahe vocans euz dominum τ abraham condeſcendebat ſare Geneſis duodecimo. decimooctauo τ viceſimoprimo capitulis Propter hãc cauſam ſcilicet equalitatem ad matrimonium requirit̃ ꝯſenſus ꝑtis vtriuſqꝫ Ideo dixerunt parentes Rebecce. Queramus voluntatẽ puelle Geneſis .xxiiij. capi. Et notãdum eſt ꝙ iſta equalitas non eſt in ſapientia animi vel pulchritudine corꝑis ſed in equalitate voluntatez ad bonum Immo aliquando expedit .vt ſtultus ducat mulierem ſapientem. quia ꝑ eam dirigitur τ ſaluat̃. vt patet in nabal ſtulto τ abygail ſapiente primi Re. xxv. Parentes ſare matrimonialez regulam ſibi dantes. docuerũt eam diligere maritũ. qꝛ dilectio actus cõis ẽ. nõ dixerũt timere qđ ſeruile eſt Thob. x.

Quantum ad actum coniu-
galem iudicat apoſtolus eq̄-
les vxorem ⁊ virum dicens
Mulier non habet poteſtatē
ſui corporis ſed vir. ſimiliter
vir non habet poteſtatem ſui
corporis ſed mulier. j. Corin
thi. vij Matrimonio iun
cti licet in multis debent eſſe
equales. in agendis tamen ⁊
conſulendis vir debet eſſe ca
put. ⁊ mulier debet ſequi viꝝ.
Hoc autem volens oſtende
re deus fecit virum prius. ⁊
mulierem de viro poſtea for-
mauit Geneſis. ij Ob hanc
cauſam debent mariti vxores
tanq̄ caput membra dilige
re. ſed ſecreta que ad eum ꝑ
tinent nec alijs vult pandere
vxori caueat reuelare. eo ꝙ
mulieres non ſunt bone ſecre
tarie. Nam quia ſampſon ꝓ
poſitōez reuelauit vxori quā
parentibus noluit reuelare.
ipſa in eius damnuꝫ alijs ꝓ-
palauit Judicum. xiiij. cap̄.
Sicut caput p̄ualet ceteris
membris. ſic vir quantuꝫ ad
vxorem preualet omnibus.
videlicꝫ filijs ⁊ ꝯſanguineis
alijs Ideo dixit helchana vx
ori ſue. melior ſum tibi q̄ꝫ de
cem filij primi Regum prio
Sicut membꝝ ſeruat fideli
tatē capiti. ſic vxor debet ſer
uare viro ſuo. Sic ſuſanna
vt fidē thori ſeruaret integre
ſe expoſuit infamie atq̄ꝫ mor
ti Danielis. xiij. Matri-
monio iuncti debent eſſe vni-
cus vnice ⁊ vnica vnico. Vir
debet vnam ſolam vxorē ha-
bere ⁊ econtra Ideo dixit de
us. Erunt duo in carne vna.
Geneſis. ij. Ante diluuium
ſolus Lamech duas habuit
vxores qui duplex homici-
dium poſtea perpetrauit Ge
neſis. xxiiij. ca. In archa noe
tot viros quot vxores iuſſit
dominus preſeruari. vt eſſet
vnica vnico ⁊ econuerſo Ge
neſis vij. capitulo A chriſto
querentibus diſcipulis ſi lice
ret dimittere vxorem ⁊ duce
re aliam quacunq̄ꝫ ex cauſa.
reſpondit Quos deus coniun-
xit homo non ſeparat. Ma-
thei decimonono capitulo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Matrimonio iuncti non debēt eſſe diuerſi ritus nec diuerſe ſecte. quia vnus alterū ſtatim ad malum facit declinare. Nam Joram rex iuda ideo fecit malum ⁊ ambulauit in vijs achab. quia filiaꝫ eius duxerat in vxorē. ex quo apparet ꝙ multuꝫ debet reſpicere ad parentes puelle. qui ducit vxorem. iiij. Reg. viij. Jdeo filij tranſmigrationis dimiſerunt vxores alienigenas quas habebant Eſdre. x Propter hanc cauſam neeemias increpauit ducentas alienigenas ⁊ verberauit. Neemie. xiij. Si forte vult alter coniugum facere malum ⁊ ꝑuerſum ritum ſequendo vel alia mala committendo. nō debet alter ſequi. Jdeo male excuſabant ſe mulieres tranſlate in egiptum de idolatria qꝛ ſic videbant facere viros ſuos Jheremie. xliiij. Quia ſaphira ⁊ ananias cōſenſerunt in malum. ideo ambo grauiter ſunt puniti Actuū. v.

Matrimonium debēt contrahere viri ⁊ mulieres. non ad ſatietatem libidinis. ſed ad dei laudem ⁊ productōnē prolis Sic dixit ſara filia raguelis dicens viro. Cum timore tuo domine ⁊ non conſenſi cum libidine ſuſcipere. Thobie. iij. Dixit angelus thobie. Jn illis qui vxores accipiunt vt deum a ſe excludant ⁊ libidini vacent. habet ſuꝑ eos poteſtatem demoniū Thobie. vj. Honeſtiſſimam cauſam ducendi expoſuit angelus thobie dicens. Accipies vxorem cum timore domini. ⁊ amore filiorum magis ꝗ̄ libidinis amore. Thobie vj. Propter hanc cauſaꝫ noui ꝯiugati prius deberent vacare diuino operi ꝗ̄ operi cōiugali. ſicut thobias qui prima nocte ſecunda ⁊ tercia docuit vxorem orare anteꝗ̄ cōiungerētur Thobie. viij. ca. Jlle qui ſe excuſauerat a cena qui duxerat vxorē. nō dixit. habe me excuſatum. ſed alij. quia ſtatus eorum qui ducunt vxores vt libidini va

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cent ita fortiter eos allicit vt
ſepe eos retrahat a diuinis.
Luce decimoquarto capitu-
lo. Matrimonium deus
in veteri teſtamento ⁊ in no-
uo multipliciter honorauit.
Nam ordiem matrimonij in
paradiſo inſtituit quādo mu
lierem homini ſociauit. Ge
neſis.ij. Deſtruente domino
per aquas diluuij mundum
ſolum matrimonio iunctos
ſaluauit ſciliȝ noe ⁊ eius vx
orem ⁊ tres filios cum vxo-
ribus eorundem Geneſis ſe
ptimo. Matrem ſuam virgi
nem chriſtus voluit deſponſa
ri vt contra hereticos qui dā
nant matrimonium dicētes
ipſum eſſe a dyabolo ipſum
matrimonium commēdaret
Mathei primo Matrimoni
alibus nuptijs chriſtus cum
matre ⁊ diſcipulis voluit in-
tereſſe ⁊ ibi primum manife
ſtum miraculum operari ⁊ ip
ſum matrimoniū honorare.
Johan.ij. Celeſte ⁊ ſpiritua
le ꝯuiuium matrimoīalibus
nuptijs a domino ſimulatur
Luce.xiiij. Matrimoniū
repugnat adulterio qđ ē ma
ximum viciū ⁊ grauiter puni
tur a deo ⁊ ꝓpter ipſum mala
innumerabilia ꝯmittunt̄. Jō
egiptij magis deteſtabantur
adulterium q̄ȝ homicidium.
Naȝ abrahā timebat occidi
ꝓpter ſarā ⁊ cū eſſet ſine viro
pharao cognoſceret eā. Ge.
xij. Propter ſarā vxorem A
brahe flagellauit deus phara
onem plagis maximis ⁊ abi
melech per ſomnum exterru-
it comminando Geneſis.xij
⁊.xiij. Ex adulterio nati vt
plurimū ſunt mali. qꝛ male
nutriuntur. Nā primus qui
dicit̄ deū blaſphemaſſe ſpuri
us fuit qui poſtea iubente do
mino fuit lapidatus. Leui.
xxiiij. Dauid ꝓpter adulteri
um ꝑditionē ⁊ homicidiū ꝑ
petrauit. ideo filiū abſtulit ei
deus.ij. Reg.xij. Herodias
vt liberius adulterio vacaret
cū herode. iohannē baptiſtā
qui eā de hoc vicio arguebat
fecit incarcerari ⁊ nequiter de
collari Mathei.vj.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf